

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 1 (1843)

Artikel: Vermischtes

Autor: [s.n.]

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-109156>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 06.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

C.

Vermischtes. ¹⁾

1.

1138.

(Benedictiner = Abtei Fischingen.)

Notum sit omnibus presentibus scilicet et futuris quod Dei disponente providentia uenerabilis presbyter Waltrammus petirshusensis monasterii monachus in patrem et abbatem electus est atque consecratus ab Oudalrico reuerendo constantiensi episcopo secundo ad locum Augie Sancte Marie Fishine dictum anno incarnationis dominice mill. C. XXX. VIII. Ipsum igitur novum atque tenuem locum sz ac habile utile et spiritualibus hominibus satis congruum adiens dei fretus adminiculo basilicam Sancte Marie a fundamentis cepit edificare etc. sexque annis pie consummans fecit dedicare sex etiam fenestras uitreas tn ipsam novem talentis acquisivit laqueariis ex maxima parte adornavit, campanarium construxit habitaculum monachis congruum fabricavit domicilia tria fratribus sororibus ac hospitale edificavit libros vero missale evangeliarium lectionarium officiale benedictionale antiphonarium psalterium regulam patrauit. Septem albas cum totidem humeralibus septem velamina altaris unum calicem quinque casulas quarum tria bis²⁾ dalmaticam duo subtilia . . tres stolas et duo

1) Von nachstehenden Urkunden sammelten und reichten:

Herr Bibliothecar Bernet in Lucern Nro. 2.

„ Rathschreiber Segeffer in Lucern Nro. 4.

„ Archivar Schneller Nro. 1, 3, 5, 6, 7.

2) Unleserlich, weil zerstört.

vexilla duas cruces quarum una metallis preciosis est decorata unum velum depictum duo candelabra. Ista omnia infra octo annos regiminis sui patravit et acquisivit. Multi pia eius admonitione ad conversionem venerunt ex quorum dationibus multipliciter pene viginti mansibus locupletavit.¹⁾

Beitrag zur Geschichte der Kreuzzüge gegen Kaiser Friedrich II.²⁾

2.

1248, 31 März und 27 Mai.

(Archiv der mindern Brüder; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

Uniuersis christi fidelibus adquos presens pagina peruenerit frater Vlricus. Custos fratrum minorum super lacum salutem in eo qui est | salus omnium. Mandatum domini legati recepimus in hunc modum. Petrus miseratione diuina sancti Georgii ad uelum aureum Dyaconus Cardinalis apostolice sedis legatus. Dilecto | in Christo filio fratri. Vlrico. Custodi fratrum minorum super lacum salutem in domino. Quia sicut augmentum catholice fidei nostre residet uoluntati quod nos ipsum procuramus libenter ut possimus | et proborum industrium promouemus. Deuotioni tue quam zelum et scientiam circa lucrum animarum habere cognouimus . auctoritate presentium duximus conmitendum . quatinus Christi fideles . ciuitatum uillarum | opidorum seu quorumlibet aliorum locorum tue custodie contra dominum Fridericum . quondam Romanum Impertorem . Conradum . natum ejus ac ipsorum fautores in subsidium ecclesie uiuifice crucis assumpto signa | culo studeas efficaciter inuitare. Nos enim ut quod pro redemptoris honore tam digne deponitur effectu facili compleatur . auctoritate qua fungimur et ex speciali mandato summi pontificis | omnibus locorum predictorum qui in corde ac corpore cruce suscepta contra predictos aut alios infedele (sic) per quatuor menses ad minus ad requisitionem Magni principis

¹⁾ Diese Urkunde, von einer Hand aus dem Ende des 12. oder dem Eingange des 13. Jahrhunderts geschrieben, steht auf der ersten Blattseite eines Codex, welcher im 11. Jahrhundert angefertigt worden, und ein Martyrologium, die Regel des hl. Vaters Benedict, und einen Kloster-Nekrolog enthält. (C : XV . S : 13. Nro. 13. ff. Folio)

²⁾ Berührt zunächst das Bisthum Constanx.

Domini Wilhelmi Regis Romanorum | illustris vel nostrum in succursum fidelium accesserint aut bellatores ydoneos in expensis propriis destinauerint . nec non qui ad subuentionem fidelium de bonis propriis ministrabunt. vel in expensis accesserint | alienis illic adminus per predicti temporis spatium seruituri . juxta quantitatem subsidii et deuotionis affectum eandem indulgentiam idemque privilegium elargimus que transeuntibus in terre sancte subsidium conceduntur. | Preterea ut predictum negocium quo pluribus contigerit iuuari remediis prosperitatis oportune sentiat incrementum . auctoritate presentium tibi concedimus . ut omnibus de predicta custodia tua qui ad sollempnem pre | dicationem tuam accsseerint . triginta vel quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis relaxes . ac eorum singulis propter hoc crucis caractere insignitis qui pro incendiis et pro injectione manuum in | clericos . vel alias personas religiosas excommunicationis uinculo sunt ligati absolutionis juxta formam ecclesie ualeas beneficium impertiri . proviso . quod passis dampna et injurias satisfaciant competenter. Illis dumtaxat ex | ceptis quorum excessus adeo sunt difficiles et enormes . quod merito sunt ad nostram vel apostolice sedis presentiam destinandi. Ad crucis autem receptionem volumus quod omnes tam pauperes quam ditiores debiles et fortes | comuniter inuitentur. Ita quod qui corpore vel diuitiis ad eundum habiles non extiterint . orationibus et jejuniis et crebris lacrimis pro liberatione fidei et ecclesie diuine potentie summum debeant auxilium | debeant implorare. Si qui etiam uoto aliquo peregrinationis tenentur et illud in hoc opus pietatis peterent commutari . commutandi et convertendi similiter satisfactiones illorum qui ignorant quibus de dampnis et | injuriis ab eis aliis irrogatis . vel alienis rebus quas injuste detinent, satisfacere debeant, plenam tibi concedimus facultatem . addentes insuper vt uolentes redimere vota sua eligant sibi uiros aliquos prouidos | et discretos . quorum consilio secundum deum et bonam conscientiam juxta possibilitates suas eadem redimant . et eorum redemptiones illis tribuant quos ad hoc duximus deputandos . volumus insuper et mandamus ut omnis interim alia | crucis predicatio conquiescat. Si qui vero prepositi . decani . archidiaconi . rectores ecclesiarum plebani . presbyteri et alii clerici . ad commonitionem tuam populum conuocare noluerint . vel alias uerbo vel facto huic tam pio nego- | tio impedimentum prestiterint . tibi damus auctoritatem eosdem per cen-

suram ecclesiasticam compescendi et sententias quas in tales tuleris auctore deo faciemus inviolabiliter observari. Damus etiam tibi potestatem commitendi hujusmodi | negotium cardinalibus ceterisque fratribus tue custodie quos ad hoc de consilio ministri deputaveris idoneos . quibus eandem auctoritatem quam et tibi tenore presentium concedimus in premissis. Datum Argentine | II. Kal. Aprilis anno domini M. CC. XLVIII. Hujus igitur auctoritate mandati fratri H. latori presentium officium predicandi crucem iniunximus per obedientiam salutarem. | Datum In Constancia In Vigilia ascensionis domini. —

3.

1293, 22 Jänner.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Allen die disen brief sehent alde hoerent lesen, chunden wir Elisabeth Grevin von Homberg vnd frowe ze Kapreswile, Gra- | ve Herman von Homberg vnd Ita sin swester Grevin von Homberg, Das wir vnser eigen, swas wir hatten ze Meriswandon Lute vnd guot, vnd | den Hof da der Chilchen saz in horet, mit alr ehasti, mit wisen, mit afer, mit Holze mit velde, mit wunne mit weide mit wasser rünse, vnd mit | allem dem rechte, als wirs dar hatten bracht, verchovst vnd geben hein, Hern Goetfrid von Hünoberg zeigne, vmb zwenzig vnd drü hundert | March loetigs silbers, vnd sin ovch der gewert alleklichen, vnd ist dis beschehen, mit mis vogtes hant Hern Rodolfs von Wediswile des frijn, | den ich über die sache nam. vnd ich Ita von Homberg dü Grevin han es ovch getan, mit mis vogtes hant Grauen Hermans von Homberg mis bruoder | vnd sol ich dü vorgnande Grevin Elisabet wer sin der vorgnanden Lute vnd gueter an geislichem vnd an weltlichem gerichte, vnd an allen den | stetten da sin Her Goetfrit von Hünoberg bedarf gegen rechte, ald sin erben ob er enwere, vnd han ovch gesworn zen heiligon offenlichen, das ich | die vorgnanden Lute noch guot, niemer gewordron sol, an geislichem noch an weltlichem gerichte noch an keinr stat, da es Hern Goetfride von | Hünoberg ze schaden kome, ald sinen erben, Dvch han ich bürgen geben für minü chint. Wernhern, Rodolfen, Ludwigen, Zilien und Clarvn | swenne sie zir tagen komen, das sie die vorgnanden lute vnd guot, vsgaben svn vnd vertgon Hern

Goetfride von Hünoberg ald sinen erbon | mit allem dem rechte
vnd der gwarfami, als er sin bedarf, ald sin erben . vnd sint dis
die bürgen, Graue Herman von Homberg Her Rodolf von |
Wediswile Her Ruedge von Werdegge Her Peter von Ebtingen
Jacob der Schultheze von Rapreswile Heinrich von Ebnoede der |
Amman . Albrecht von Rüti . Walthar Glarner Johans Gamlyn-
stein Heinrich der Amman von Rapreswile . Volrich von Chaltbrun-
non. Kraft | von Ebnoede Chvonrat der Truchseze Heinrich der
Marfchalch Rodolf von Wagen Bernher von Rambah Arnolt
Loeidgast, Hein- | rich Ekol Chvonrat der Banwart vnd Dietrich
Heginli vnd hant die selben Bürgen globt bi ir trüwe an eis
eides stat, sich Zürich | ze entwürtenne in recht giselschaft ane
alle geverde nach der stat gewonheit, ald ieliche ein ersamen man
ze legnine an sin stat ob | er wil . mit Hern Goetfrits wiffinde
von Hünoberg ald sinr erbon ob er enwere, swenne sie gemant
werdent von in ald von ir gwiffen bot- | ton, dar nach inrunt
acht Tagen vnz in volsvert werde ganzlichen alles das, da vor
geschriben stat . vnd were das dirre bürgon deheine | vffrunt lan-
des were ald in einr ander giselschaft lege ald swelen weg er vn-
nütze were so sol ich ein andern legen an des stat mit | Hern
Goetfrits wiffinde ald sinr erbon, were aber da vor got si, das
ir keine vordurbe, so sol ich ein andern geben an des | stat inrunt
eim manode so ichs ermant werde, ald die andern bürgen sun gisil-
ligen vnz das beschicht . vnd swenne die bürgen gemant | werdent
so svn sie sich entwurten inrunt acht tagen in die giselschaft, als
da vor geschriben stat . Vnd das dis stete vnd veste si vnd vol- |
fuert werde, so geben wir Elisabet Grewin, vnd Graue Herman
von Homberg, Hern Goetfride von Hünoberg disen brief, vnd
sinen erbon | besigilten mit ünsren Ingesigiln vnd mit der burger
von Rapreswile gemeinem Ingesigile zeim rechten vrchünde offen-
lichen . Dis | geschah, do von gottes geburt waren zwelfhundert
vnd Münzig Jar vnd dar nach in dem dritten Jare, drie tage
vor sant pau- | lus bicherde Zürich vffrunt des graben an dem
rossemargte, da ze gegni waren gezüge Her Rodolf der Mül-
ner Her Ruedge Man- | esse des elter vnd Her Rodolf sin
syn, Her Rodolf der Lüpfefer von Barra, Rodolf der Biber
Her Bernher Bibirli Johans Wolfleibscho Rodolf | vnd Hart-
man von Chlotun, vnd ander ersam lüte gnuoge.

1307, 26 Jänner.

(Staatsarchiv Lucern. ¹⁾)

In nomine domini Amen. Nos Berhtoldus prepositus monasterii Lucernensis ex relatione seniorum usu et facto scimus et recognoscimus subscriptos redditus et iura debere | et spectare ad prebendas fratrum Lucernensis Conventus . cuilibet confratri singulis annis Decem modios Tritici . Quinque Maltera spelte . duo Maltera auene dicta Bierkorn . que | debentur de Decimis in Lvnkufft . et de curtibus Küssenach . Langensant . Kriens . Malters . Litowwe . Emmon . Buochre et de bonis dictis Sellant guot | Item frumentum in Sarnon . Item frumentum dictum Tagwankorn Decem et octo modios . Item quatuor Maltera de Tathenberg . pro Mensalibus . Item omnia legumina que fratribus | dari debent et omnia supradicta sub mensura Lucernensi . Item Lacticinia fratribus debentur eisdem . Item quatuordecim Modios Tritici de Molendinis et Quatuor | decim Modios Tritici de Kama Curie sub mensura . Item in vino cuilibet confratrum unum Stovfum cottidie continentem duas mensuras terre et dimidiam | In maioribus autem festiuitatibus . et quando conventus est in albis plus una mensura . In diebus quoque eisdem preter prebendam consuetam unum ferculum de carnibus | aut piscibus prepositus fratribus ministrabit . In eisdem etiam diebus unicuique confratri vnam Similam ad panis prebendalis quantitatem . In nativitate domini vero | et festis pasche et penthecoste fratribus placentes dabuntur . In Natiuitate autem domini Claretum . Insuper Turtulle que dicuntur Krapphen et vigilia Natiuitatis domini | in die eiusdem . in festis sanctorum Stephani . Johannis . Innocentium . In vigilia Circumcisionis et in die eiusdem . In vigilia Epiphanie et in die eiusdem | Preter hec dantur prebendis pisces exiccati de locis diuersis . Item a festo sancti Andree usque ad pascha domini omni septimana de Stans dantur | Quinque Sneise piscium recentium qui vocantur albelle . Item Naulum in Horwe . Item sericia in Dedicacione et in festo Afre singulare . Item | omnes edi , vituli . et oua fratribus debentur . Item spectant prebendis denarii dicti wagenpheninga . Ciger

¹⁾ Dieses ist die im Verlaufe der Abhandlung „Lucern unter Murbach“ zu wiederholten Malen angerufene Urkunde.

phenninga . Läsphenninga . Holtz- | phenninga . et omnes census denariorum de areis . pratis . et bonis in diuersis locis hactenus recepti . Item de tribus piscinis seu Sagenis | in Merlischachen . In Tribschen et in Curia pisces ministrantur a medio aprilis omni die usque ad natiuitatem beati Johannis Baptiste . ab eadem | natiuitate usque ad assumptionem sancte Marie ter in Septima quibus piscinis seu Sagenis prouidere debet Cellerarius claustris qui pro tempore fuerit constitutus | ne fratres patiantur defectum . Item cellerarius claustris tenetur modium nucum cuilibet prebende et fratribus de Oleribus prouidere . Omnia vero supradicta | census et iura debita debent requiri a. — preposito in suis expensis congreganda . et per eum in Cellerario et Spicario assignanda . pro | quibus expensis sunt ei velle et Erschetze deputata . Ad recognitionem omnium supradictorum et ratihabicionem prout enarrantur in genere vel | in specie Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum . Datum anno Domini M. CCC. VII. vii. Kal. Februarii . Indictione Quinta.

5.

(Pfarrlade Seeltzberg.)

Dis Ist die ordnung vnd abredung der kilchgnossen vff soewlispberg gegen Jerem priester. 1)

Es Ist ze wissen das die kilchgnossen vff soewlispberg einhälliglich | überein komen sind das sy einem priester den st bestellend, | söllend dise nachgeschriben stück, fürhalten vnd andingen | das är wüßz was är Inen pflichtig sig.

Des Ersten, So sol sich ein priester antwurten einem kich- | herren zuo altorff, Wäre aber dehein kilchher zuo altorff, so sol | är sich einem tächen antwurten vnd ob In ouch ein kilchher | zum tächen schickte, so sol är ouch gehorsam sin.

Zum andren mal, so sol ein priester maesswin vnd oflaten selber han.

Zum dritten so sol ein priester alltag perpunden maess ze han | vßgenomen am zinstag vnd donstag, Wäre aber sach das

1) Handschrift auf Pergamen aus der I. Hälfte des XV. Jahrhunderts.

zwölff | botten tag oder gebannen tag vff die tag gestelend, oder das lüt | ze vergraben wärind, oder kind ze touffen, oder kindbetterin In | zeffieren, So sol är ouch vff die tag mäß han Wo är vff die tag | on vrlob erwäg gieng vnd nit mäß hette, vff die tag, da er sölt | mäß han, so wellend si Im am wuchen lon zwen plapart abschlachen | oder In Irre dan ehastli not.

Zum fierden so sol man einem priester gäben, so är das Heilig | sacrament treyt In der kirchheri vom gang iiij Haller vnd wann | är mit dem Heilgen öll gat vom gang viiiij Haller.

Zum fünften wann ein priester eins Inschribt In das Jarzit | Buech so sol man Im gäben ein schilling vnd vom wuchen | brief ein plapart Wär aber die kirchen begabett, den sol är one lon | In das Jarzit buoch vnd wuchen brieff Inschriben.

Zum sechsten wenn ein priester von Inen gienge, so sollend | vnd wellend si Im nach marckzal am wuchen lon zalen vnd | lonen, Vnd wo är dan ouch thäte das är nit thuon sölte | deheimem kilchgnossen, das den merden teyl der kilchgnossen | bedüchte das är nit rächt hette, So sollend vnd mugend sy | Im aber nach marckzal lonen vnd Im dan vrlob gäben | Gß siße wen eß wel Im Jar.

Item Wo einer vß der kilchhery an das goßhuß gäbe wann In | die kilchgnossen heissend Inschriben in das Jarzit buoch sol | är dan Inschriben on lon.

Item Wann die kilchgnossen gen altorff mit crüz gend oder | an Jagmat Oder wo si mit crüz gond so sol är mit Inen | gon Oder eß wäre dann das In die kilchgnossen, not halb da | heimat hieffend pliben.

Zum Ründen was In där mäß vff den altar kumpt das | sol einem priester zuo hören Was aber nach der mäß vff | den altar kumpt, das sol dem Heilgen gehören vnd was | eyren am stillen fritag zuo dem crüz komend die söllend | ouch halb einem sigristen gehören.

Item si sind ouch überein komen das si einem priester wellend | gäben von dem driffigisten iiij plapart Oder er sol den | driffigisten vß alltag frumen vnd opfren.

Das zehend stück das dehein priester dehein Holtz sol hoven | dan das Im gezeigt wirt Wo är aber Hurwe das Im nit | gezeigt wurde, da sol är vm yeden stoc fünf schilling geben | Oder yemand

von sinet wägen huwe der sol ouch fünf | schilling für yden stoß
gäben.

Vnd was ein priester an dan glassfenstern bricht das | sol är
In sinem costen wider machen.

Es sol ouch ein priester all mentag nach der mäß | mit dem
wichwasser vnd mit dem wierouch vm | die kilchen gon.

Item so sol ouch ein priester ein brieff gäben über sich sälbs
| als ein amann dan guot dunckt vnd als ander priester | Im
land gäbend, Das är Hye In vnrem land rächt gäben | vnd
nemen sol, vorbehalten In geistlichen sachen vnd | är sol ouch In
der lantlütten schirm sin als ein anderer | lantman Vnd är sol ouch
den brieff angends gäben | vud die wil är den brieff nit git so
sol man Im keinen lon | gäben.

Vnd was Holz dem priester überplipt so är enwäg gat | das
selb Holz Ist des Goghuf vnd nit des nachgenden priesters.

Item Ein sigrist sol ein priester alltag fragen ob är mäß |
welle han Vnd sol Im der priester ouch sagen was är | thvon
wolle.

Item zuo den vier Hochzitlichen tagen so sol ein priester ein |
sigristen ein mal gäben oder ij ß für das mal.

Item von den zweyen kilchwihin, sol man Im gäben von |
einer zwen schilling.

Item so ein priester one erloupnis hinwäg gienge | vnd es
Inen dan not thätte das man einen priester miesse | beschicken oder
bestellen, so sol der priester so enwäg gangen | ist den lon gäben.

Item vff die zwo kilchwichi sol der priester die andern priester |
so dan vff die kilchwichi komend vnd da mäß habend vnd | är si
beschickt die sol är In sinem costen han.

Item ouch sollend die kilchgnossen dem priester geliger gäben |
wil är dan ein Junckfrowen han, die sol är sälber legen.

Die zwei ältesten der bis dahin bekannten Ablassbriefe, den Mufegger-Umgang in Lucern betreffend. ¹⁾

6.

1504, 26 Heumonat.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Raimundus Miseratione diuina Sacrosancte Romane ecclesie etc.
Sancte Marie noue Presbyter Cardinalis Gurcensis | Ad vniuersam
Germaniam Daciam Sueciam Norwegiam Frisiam Prussiam omnes-
que et singulas Illarum Prouincias Ciuitates Terras | et loca etiam
sacro Romano Imperio in ipsa Germania subiecta ac eis adiacentia
Apostolice sedis de latere legatus. Vniuersis et singulis | Christi
fidelibus presentes literas inspecturis Salutem in domino sempiter-
nam. Ad ea que ad placandum summum deum piis deuotorum
Christi fidelium precibus | rite instituta censentur nostre confir-
mationis robur vt ex credito nobis legationis officio incumbit adjij-
cimus prout Id salubrius in domino con- | spexerimus expedire Sane
siquidem exhibita nobis nuper pro parte Dilectorum nobis in Christo
Sculteti et Consulum Opidi Lucernensis | Constantiensis diocesis
petitio continebat, Quod cum olim dictum eorum opidum Ignis
incendio totaliter incineratum et combustum fuisset | Ipsi volentes
deum pacare quandam laudabilem Processionem singulis annis in
profesto Annunciationis gloriose virginis Marie per cir- | cuitum

¹⁾ Diese Procession ward schon vor dem Eintritte Lucerns in den eidgenössischen Bund (1332) verordnet. Das älteste Stadtbuch im Wasserthurme aus dem Anfange des XIV. Jahrhunderts besagt: „Der Rat ze Lucerne „ist och vber ein komen, dac man ellü iar an vnserer vrowen | abende „ze Mertzzen sol daz Heilton tragen vmb die stat, vnd die lüte syu | da „mit gan von ieglichem Huse ein mensche, bi iij. ß.“ (S. 6, b.) — „Zu Anfang des XV. Jahrhunderts wurde selbe mit größerer Feierlichkeit zu begehen erkannt; (Beweise hiefür bringt Ritters Melchior Ruffen eidg. Chronik vom Jahr 1482, herausgegeben von Jos. Schneller, S. 117 bis 122. Bern 1834. 8.) und vom XVI. Seculum an mit kirchlichen Ablässen gemehret.

et extra muros dicti opidi cum notabili clericorum et presbyterorum qui eidem interesse consueuerunt multitudine tenere consueuerunt | In qua etiam Sermo ad populum fieri solet Ad quam certe sicut eadem petitio subiungebat Si nostre confirmationis robur adijceretur | vnacum aliquarum Indulgentiarum concessione Profecto Christi fidelium eidem processioni interessentium deuotio non modicum sumeret Incremen- | tum Ideo nobis pro parte ipsorum humiliter fuit supplicatum Quatenus in premissis oportune prouidere Auctoritate legationis nostre misericorditer | dignaremur. Nos igitur qui illa que in deuotionis Christi fidelium augmentum tendunt summo animi nostri affectu extendere et promoue- | re satagimus Institutionem dicte processionis ac omnia et singula inde secuta Auctoritate legationis nostre qua fungimur in hac parte | confirmamus ratificamus et approbamus presentisque nostri scripti patrocinio communimus. Supplentes omnes et singulos defectus si qui for- | san interuenerint in eisdem. Et nichilominus vt dicta processio singulis annis dicta die debite conseruari et teneri possit Christique fi- | deles ipsi eo libentius eidem intersint, quo ex hoc se suarum animarum salutem se nouerint adipisci, De Omnipotentis dei misericordia Ac beatorum | Petri et Pauli Apostolorum eius Auctoritate confisi Omnibus et singulis Christi fidelibus vere penitentibus et confessis qui huiusmodi Processionem | dicto die concomitati fuerint et Sermonem audiuerint Ac pro pace vniuersali et militantis Ecclesie statu deuote orauerint | quotiens Id fecerint Centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus dura- | turis. In quorum fidem presentes literas fieri nostrique sigilli iussimus appensione commu- niri. Datum Lucerne Constantiensis diocesis Anno In- | carnationis Dominice Millesimo quingentesimo quarto Septimo Kal. Augusti. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini | Iulii diuina prouidentia pape Secundi Anno primo.

Gratis.

Georgius Fridawer.

1512, 20 Christmonat.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Julius Episcopus Seruus Seruorum dei Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Salutem et apostolicam benedictionem. | Gloriosi Principis nostri eterni dei imperscrutabilis altitudo prouidentie nullis comprehensa limitibus nullisque circumsepta terminis sed ineffabilis atque immensa sic | per nos et alios qui hactenus in sede Petri Romane ecclesie gubernacula tenuerunt populum Christianum spiritualibus alimentis enutriri voluit et per eius dona | gratie intercedente dei genitrice gloriosa uirgine Maria Christi fideles vniuersi spe fide et caritate muniti celestis Regni premia consequi mereantur. Cum itaque sicut | accepimus dudum cum opidum Lucernense Constantiensis diocesis Prouincie Maguntine, quod in partibus illis uetustum et insigne ac inter Eluetiorum | Cantones Notabile existit, ignis incendio pro magna parte deuastatum fuisset et multi utriusque sexus Christi fideles in huiusmodi incendio interiissent, tunc Scultetus et | Consules dicti Opidi deum ac dominum et saluatorem nostrum placare et ei de huiusmodi incendii liberatione gratias peragere, Ac ne similis animarum corporum | interitus et bonorum ruina deinceps contingeret, Vota interponere cupientes, extunc Vnam laudabilem processionem Annis singulis in Vigilia Annunciationis gloriose | dei genitricis Marie perpetuis futuris temporibus celebrari ordinauerint ac celebrauerint, et ad huiusmodi processionem secularium et regularium presbyterorum et | clericorum missas et alia diuina officia debito ordinate et deuote in ecclesia sancti Leodegarii eiusdem Opidi celebrantium ac Officialium Nobilium et ignobilium | utriusque sexus personarum deuotionis causa copiosus confluat numerus, presbyterique et clerici diuina celebrantes ac Notarii Scolastici Officiales Nobiles et alii premissis | interessentes tunc quadam congrua piscium et uictualium refectione potiantur. Nos cupientes vt Christi fideles eo

libentius deuotionis causa ad dictam ecclesiam ad quam | sicut accepimus dilecti filii Scultetus et Consules dicti Opidi singularem gerunt deuotionis affectum confluant, ac celebrationi processionis nec non missarum . et aliorum | diuinorum officiorum huiusmodi intersint, quo ex hoc celestis dono gratie, se refici posse cognouerint de omnipotentis dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli | Apostolorum eius auctoritate confisi, Omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus uere penitentibus et confessis, qui post Triennium a dato presentium computandum | dictam ecclesiam a Primis Vesperis Vigilie festi Annunciationis eiusdem beate Marie usque ad occasum solis eiusdem festi inclusiue deuote visitauerint et processioni ac diuinis officiis predictis, candelis accensis vt | moris est et alias interfuerint, aliique omnes in dicto opido habitantes legitimo impedimento detenti eidem processioni non interessentes qui ter orationem dominicam recitauerint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem auctoritate apostolica tenore presentium elargimur Et ut ipsi Christi fidelis huiusmodi indulgentiam facilius deo propicio consequi possint dilecto filio moderno et pro tempore existenti dicte ecclesie | Preposito aliquos Confessores ydoneos seculares uel quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares ad eandem ecclesiam pro huiusmodi indulgentia consequenda accedentes | ac processioni missis et aliis diuinis officiis predictis ut prefertur interessentes, in singulis casibus etiam sedi apostolice reseruatis, exceptis contentis in Bulla in Die Cene | domini legi consueta, ab omnibus eorum peccatis criminibus excessibus et delictis eorum confessione diligentur audita absoluere, et eis pro commissis penitentiam salutarem | iniungere. Necnon uota quecunque per eos emissa ultramarino, Visitationis liminum Apostolorum Petri et Pauli ac sancti Jacobi in Compostella Necnon castitatis et | Religionis uotis dumtaxat exceptis in alia pietatis opera commutare possint deputandi auctoritate et tenore predictis facultatem concedimus. Et huiusmodi indulgentiam | sub quibus-

uis reuocationibus similium indulgentiarum per nos et sedem predictam quomodolibet et sub quibuscunque tenoribus et clausulis etiam derogatoriis derogatoriis | pro tempore faciendis nullatenus comprehendi debere dicta auctoritate decernimus. Volumus autem quod si alias dictam ecclesiam visitantibus et processioni ac | missis et aliis diuinis officiis predictis interessentibus aut alias aliqua alia indulgentia imperpetuum uel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos | concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris uel momenti, Presentibus usque ad Annum Jubilei proxime futurum et illo elapso ad alios Quinque | Annos dumtaxat ualituris. Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo duodecimo | Tercio decimo Kl. Januarii Pontificatus nostri Anno Decimo.

Gratis.

Baltasar Juerdus

